Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

staurat :– De balneo olei petrolli

Hoc lavacrum ideo olio petrolio d(icitu)r quia liquore(m) istu(m)
cum aqua exire / et in eadem esse visu p(er)cipit(ur)
et odoratur. Situm e(st) p(ro)pe eccl(esi)am b(ea)te m(arie) v(ir)ginis et licet sit mag(is)
hec salutaris unda ex omne genus frigiditatis morfee
et impetiginis tollit / turpes notas a facie radit. lepre
vitium sanat. coleram et salsa flegmata extinguit /
cor exhilarat / grossa membra subtiliat / et ab eis imbi-
bitum frigus expellit / et artus singulos vigori et offi-
cio suo reddit :– De balneo culme

Tam altitudinem suam q(uam) mons qui predicte eccle-
sie preeminet culma vocatur / et aqua que ad pedes montis
huius p(er) cavatam et obliquam criptam invenitur ab eo
culma d(icitu)r / acuit multum lumina / pedum passionib(us)
subvenit non tamen inveteratis: grossum flegma a ner-
vis removet / hec aqua prodest egrotis / s(ed) nocet sanis /
et caue ne in ea diu moreris De balneo solis et lune

Nobilissima aqua et admiranda preceteris solis et lune
sic dicta / quia sicut sol stellis / sic ista prevalet aquis.
non e(st) ad ipsam privium iter / s(ed) p(er) ruinas antiquorum
edificiorum descenditur ad antiquum balneum dirutum
et occupatum arena / ibi effossa arena scaturit aqua
grossa pinguis et discolor. hec aqua sanissima omne
genus gutte / omnem speciem doloris tollit / ulcera /
plagas / et fistulas / si non sint radicate in ossib(us) sanat /
venas fluentis sanguinis stringit. menstrua sive
plus sive minus fluant / reducit ad legem. occultum –